



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCII. ad annum CCCCXXX.

Parisiis, 1644

Inhaltsverzeichnis

urn:nbn:de:hbz:466:1-14918

• EPISTOLA II.

INNOCENTII PAPÆ I.

AD VICTRICIVM EPISCOPVM

Rothomagensem.

- | | |
|---|--|
| I. <i>Quod extra conscientiam Metropolitani non ordinandus sit Episcopus.</i> | VII. <i>Vt alterius clericum nullus ordinet, neque ab alio electum recipiat.</i> |
| II. <i>Qui cingulum militie post baptismum accipiunt, clericis fieri non debent.</i> | VIII. <i>Venientes a Nouatianis vel Montensibus quomodo suscipiendi.</i> |
| III. <i>De causis clericorum ab Episcopis prouincie terminandis, vel ad sedem apostolicam referendis.</i> | IX. <i>Quod sacerdotes & Leuitæ ab uxoribus suis abstinere debeant.</i> |
| IV. <i>Vt clericus uxorem, nisi virgininem, non ducat.</i> | X. <i>Monachi si clerici fiant, continentia propositum seruare debent.</i> |
| V. <i>Vt qui non virginem duxerit clericus non fiat.</i> | XI. <i>Vt curiales clerici non ordinentur.</i> |
| VI. <i>Vt clericus non ordinetur, qui secundam habuit uxorem.</i> | XII. <i>De virginibus sacris si nupserint, aut lapsa fuerint.</i> |
| | XIII. <i>De virginibus non velatis si neglecto proposito nubant.</i> |

Innocentius Viðtricio Episcopo Rothomagensi.

ET SI tibi, frater carissime, pro merito & honore sacerdotii, quo plurimum polles, viuendi & docendi ecclesiastica regula nota sunt omnia, neque est aliquid, quod de sacris lectionibus tibi minus collectum esse videatur: tamen quia Romanæ Ecclesiæ normam ad auctoritatem magnopere postulasti, voluntati tuæ morem admodum gerens, digestas vitæ & morum probabilium disciplinas annexas literis meis misi: per quas aduertant Ecclesiarum regionis vestræ populi, quibus rebus ac regulis Christianorum vita in sua cuiusque professione debeat contineri, qualisque seruetur in vrbis Romæ Ecclesiis disciplina. Erit dilectionis tuæ, per plebes finitimas, & confacerdotes nostros, qui in illis regionibus propriis Ecclesiis præsident, regularem hunc librum, quasi didascalicum atque monitorem sedulo insinuare, vt & nostros cognoscere, & ad fidem confluentium mores valeant docendi sedulitate formare. Aut enim propositum suum ex hac nostra congruenti lectione cognoscent, aut si quid

Concil. Tom. 4.

B ij